Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0002-0

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
CONSENSV

# DISSERTATIONEM DE OPERIS RVSTICORVM EARVMQVE PER PRAESCRIPTIONEM ACQVISITIONE

PRAESIDE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO,
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO

IN
*AVDITORIO ICTORVM PETRINO*

DEFENDET
Johann Elias Geißler/
GORLIC. LVSAT.

AB HORA X. VSQVE XII.

Die XIV. Decembr. Anno cIɔ Iɔcc xxxv.

*LIPSIAE,*
LITERIS GABRIELIS TROGII.

15c
M
1735, 10.
2
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0004-2

INCLVTAE GORLICENSIVM
REIPVBLICAE
PATRIBVS CONSCRIPTIS
MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS,
PRAENOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
CONSVLTISSIMIS,
PRVDENTISSIMIS
CONSVLIBVS
PRAETORI
SYNDICO
SCABINIS
SENATORIBVS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0005-7

# VIRIS

AEQVISSIMA IVSTITIAE ADMINISTRATIONE
SVMMA DE BONO PVBLICO SOLLICITVDINE
CONSVMMATA
COMMVNIS SALVTIS PROMOVENDAE
PRVDENTIA
MAXIME CONSPICVIS

# PATRONIS, FAVTORIBVS,

SINGVLARI
PIETATIS, HONORIS, OBSERVANTIAE
CVLTV
IN AEVVM SVSPICIENDIS.

# PATRES CONSCRIPTI
# PATRONI DEVENERANDI.

CAuſas cur Specimen hoc Academicum in VESTRVM conſpectum producam, non adeo longe repetendas cenſeo. Fauor VESTER erga literas facere poterat vt eius oblatio vel ab extraneo facta, non prorſus ingrata foret. Me vero plura adhuc adegerunt. Ciuis ſub VESTRO regimine nutritus videbatur vt temporis in Academia collocati rationes VOBIS exhiberet, quo iudicare poſſitis an promouendae Reipublicae vtilitati aptus ſit? Denique gratitudo in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0007-9

cenſum veniebat. Soluendae enim ſunt gratiae quod VESTRO fauore, beneficio ex ſtemmate Staudiano in me deriuato, hucusque frui potuerim. Haec omnia & me impellebant vt VOBIS hoc munuſculum offerrem, & ſpem faciebant VOS illud benigne recepturos. Serena igitur fronte conatum meum accipiatis ad quem tot rationes me impulerunt. Caeterum adſiſtat diuina ſapientia conſiliis VESTRIS vt hucusque adſtitit, permittat vt VOS diu adhuc proſperitate exoptatiſſima gaudentes Reipublicæ ſalutem promouere poſſitis. Hoc iunctis omnium ciuium votis ſuis deſideriis expetit

TANTORVM NOMINVM

Lipſiae, die x Dec.
CIↃ IↃCC XXXV.

*Cliens obſeruantiſſimus*
IOANNES ELIAS GEISLER.

# DISSERTATIO
# DE OPERIS RVSTICORVM EARVMQVE PER PRAE-SCRIPTIONEM ACQVISITIONE.

§. I.

FELIX MALLEOLVS *Tigur. in Dial. de nobil. c. 32.* Septem gradibus ruſticos diſtinguit, quorum haec barbara adfert nomina: 1) *Ruſticus*, 2) *Ruſtoicus*, 3) *Ruſtinardus*, 4) *Ruſtibaldus*, 5) *Ruſtiboldus*, 6) *Ruſtineus*, et 7) *Ruſticellus*, quae ſingula rythmicis elogiis, ruris tamen non adeo plenis, exornat; Praeprimis a reliquis *Ruſtiboldum* diſtinxit his rythmis:

Hinc *Ruſtiboldus* vt *Heroldus* per omnia coniungitur *nobilibus*.
*Deſpicit ruralia*, vnit *ſe ciuibus*: deſiderat *magnalia*, ſeruit *militaribus*.
Et cum requirit talia, plus nocet hic ruralibus.

De hac autem diſtinctione, ſingularumque ſpecierum adpellatione, et quomodo defendi poſſit, ſolicitus non ſum. Quamuis negandum non ſit, inter ruſticos varias occurrere diſtinctiones, has tamen excutere ſingulas, inſtituti ratio non patitur. Ruſticum igitur in praeſentiarum in ſenſu ſtrictiori intelligi volo, de cuius operis Domino iuriſdictionali praeſtandis, et, vtrum contra ſubditum

tum eiusmodi operae praeſcriptione acquiri poſſint? paucis inquiram.

§. II.

Deſcribuntur autem plerumque hae operae, quod ſint *diurna officia, equis, plauſtris, iumentis, manibus, pedibus aut aliis etiam modis, gratis, aut modica compenſatione* ( die Lieferung ) *interueniente, ad alterius emolumentum exhibenda*, v *l. 1. l. 3.* et 22. *de oper. libert.* MENCKEN. *Theor. et Pr. Pand. p.* 1042. §. 2. diurna officia vocantur *partim* quia aliquando, per ſingulos dies praeſtantur, *v. l.* 20. §. 5. *de ſtat. liber. partim* quia per diem laborandum et conſequenter hae operae tempore nocturno regulariter praeſtari non ſolent, *v. l. 2. in f. de annuis leg.* dixi: *regulariter*, ab eo *ſcil.* quod fit frequentius, nam v. c. comitari, adeſſe, etc. quandoque et noctu praeſtari poteſt; imo neceſſitate id vrgente dubium non eſt, quin Dominus a ſubditis operas, nocturnas exigere valeat, conf. *P. II. C. El.* 51. verbis: Da aber dennoch ꝛc.

§. III.

Operae hae Germanis dici ſolent Frohn-Dienſte, a ſacro, quaſi libertatis quae per manumiſſionem contigit, teſtatio; antiquum enim vocabulum Frohn, idem ſignificat quod *ſacrum*, v. WEHNER *in obſeruat.* voce: Dingnotul, HAHN. *ad* WESENB. *Tit de Operis libert. n. IV. conf. ill.* LEYSER *Spec. ad* π. 416. *poſt meditat. VII. in Corollar.* vbi, *ego*, ſcribit, *vocem* Frohn *in hac ſignificatione me legiſſe, non recordor, ſed*, pergit, *plus credo* MEIBOMIO *in Irminſula Saxonica, cap.* 4. *qui* Frono, frous, *olim Germanis miniſtrum denotaſſe ſcribit, veteremque cantilenam, in qua Regis cuiusquam Saxonici filius captiuus Sacerdoti ſe mactandum tradit, his verbis:*

Soll ich nun in GOttes Frohnen-Hände,
In meinen allerbeſten Tagen,
Geben werden und ſterben ſo elende
Das muß ich wohl höchlich klagen.

*queritur, commemorat, ac vocem* GOttes Frohnen, *de miniſtro Dei ſeu ſacerdote explicat.* Haec LEYSER. Plerique autem vocem Frohn pro ſacro accipiunt, vt ſic etiam Frohn-Bothe, Gerichts-Frohn, quaſi ſacer nuncius dicendus ſit, der an ſtatt des Richters etwas gebeut oder verbeuth, an dem man ſich nicht vergreiffen darff, v. HVSAN. *de homin. propr. c.* 6. *n.* 53. Hinc in praefatione *iuris Weichbildici*, inter alia legitur:

Daß

Daß er ſeine Seele weiſe
In das Frohn = Paradeiſe.

vbi Frohn etiam ſacrum ſignificat. Alii, Frohn, idem eſſe, ac commune, publicum, populare etc. dicunt; Vnde Frohn-Leichnam *ſacroſanctum corpus Saluatoris noſtri* quod *pro omnibus* eſt datum: item Frohn-Altäre, ſind die vornehmſten und gemeinen Altäre: Frohn-Faſten, i. e. die gemeine Faſten, et Frohn = Hoff, dicitur curtis, dahin die Unterthanen die *Intraden* in der Frohn verſchaffen müſſen. v. ERN. CREGEL, *diſſert. de ſeruitiis ruſticis, poſit.* 1. *p.* 7. *ſeq.* In *Bauaria* eiusmodi operae Scharwerck vocantur, v. Neuburg. Land-Freyheit, *fol.* 16.

## §. IV.

Operae ad quas ruſtici obligantur communiter in *determinatas* ſ. *limitatas* et *indeterminatas* ſ. *illimitatas*, diuiduntur, v. *Dn. D.* HOECKNERVS, hodie P. P. in hac noſtra Academia, *diſſert.* De operarum ideterminatarum determinatione, von ungemäſſener Dienſte Ermäßigung, *Lipſ.* 1720. Vbi ad interminatas ſubditi ſunt obligati, ſaepe miſera illorum deprehenditur conditio. Audias ſaltem de operis equeſtribus, SPANGENBERG. *in Spec. Nobil. Lib.* 13. *cap.* 5. Da muß, *ſcribit*, der arme Mann immer fürſpannen, und zwar nicht allein den Herrn ſelbſt, ſondern ietzt die Frau, bald eine Jungfrau oder Schliſſerin, dann iemand Fremds wegführen, oder wieder hohlen: Jetzt einen Artzt, dann einen *Iuriſten*, etwan auch wohl einen Juden. Und will man bißweilen mit denen Pferden, ſo der arme Mann hat, nicht zufrieden ſeyn, da ſollen es Schecken, Schimmel, Rappen, Blaſſen, oder einerley Farbe ſeyn. Vt propterea rectiſsime GAIL. *L. II. O.* 62 *n.* 12. moneat: *ad Superiorum officia pertinere, vt prouideant, ne Dominorum arbitria in Cyclopicam tranſeant ſaeuitiam, neque ſubditi aſſiduis operis ita grauentur, vt vix eis ſuppetere poſſit tempus ſe ſuosque alendi.* Si enim determinatae non ſint hae operae, quolibet modo ac quolibet die a Dominis exiguntur, ita, vt nec dies Dominica ſubditis libera relinquatur, qua commune tabellariorum officium in ſe ſuſcipere et literas alibi transferre coguntur, quamuis id nec religio patiatur, nec charitas permittat chriſtiana. v. COLER. *de Proc. Execut.* c. 9. *n.* 58. *conf.* GOEBEL. *de iure et iudicio ruſticorum fori Germanici*, C. 3. §. 8. *p. m.* 95.

§. V.

§. V.

Vtrum vero in dubio pro operis *determinatis* an *indeterminatis* ſit praeſumendum, plus ſimplici vice controuerſum eſſe memini. Quia vero poteſtatis dominicae eſt, ruſticis vel colonis etiam alia, quam antea ſolita ſeruitia imponere, indefinitum iſtorum debitum permittit Dominis exigendi facultatem, et imponit ruricolis obſequendi neceſſitatem, quibus minime ex eo, quod talia vel alia antea non praeſtiterint, ius denegandi eſt, ſufficit enim ius exigendi adeſſe ex obligatione ſeu conditione ruſtica, quae, vbi aliud non eſt definitum, ad ſeruitia indeterminata obligat, v. MEVIVS *P. IV. dec.* 131. ex quo fluit, quod ruſtici, in *determinatis* ſe fundantes, tanquam adfirmantes, probationis onus in ſe ſuſcipere cogantur, cum Dominus in dubio intentionem fundatam habeat, v. MERCKELBACH. apud KLOCK. *Vol. II. conſ.* 26. quem in modum etiam pronunciauit *F. I. Hall. Menſe Sept.* 1709. *v.* STRYK. *V. M. de oper. Libert.* §. 6.

§. VI.

Etſi vero ruſticorum operae maxime ſint determinatae, Domini iurisdictionales tamen ſaepe modum excedunt, praeprimis, ſi operas ab vno caſu, in quo praeſtandae, ad alium ſimilem caſum ob identitatis rationem extendere volunt, id quod in odioſis et ſingularibus non procedit, *v. l.* 14. *de LL. c.* 15. *de R. I. in* 6. quam ob rem ſubditis merito ſuccurrendum, vti factum in caſibus §§. *ſeqq.* recenſitis.

§. VII.

Scil. exigebat 1) Dominus: **Es ſolten die Unterthanen Blancken zu Verwahrung der Gärten anführen**, ruſtici vero excipiebant, dicentes, ſe ſaltem ad vecturas quoad aedificium domini obligatos eſſe, et ſententiam pro ſe obtinuere e *Scabinatu Lipſienſi, M. Aug.* 1663. 2) Deſiderabat Dominus: **Es ſolten die Unterthanen Bret-Klötzer an die Schneide-Mühle führen**, quia obligati eſſent ad aſſeres aduehendos, quod vero negarunt iidem *Domini Scabini, Menſe Febr.* 1668. 3) Alius praetendebat **die Anführung der Ziegel-Erde und Bret-Klötzer**, ſed ſine effectu, vti pronunciatum *ab iisdem M. Iul. eod. an.* 4) Ruſtici quidem obligati erant per librum cenſualem ad ſtercus in agrum diſtribuendum, **den Miſt zu breiten**, has operas Dominus extendere volebat ad coenum, **Schlam**, quod ex lacubus aut piſcinis adductum erat, quod iterum negarunt *iidem M. Mai.* 1669. niſi ſimpliciter liber cenſualis loquatur: **vom Düngen.** 5) Quidam

vole-

volebat: Es ſolten die Bauern die Erde zu Unterſchüttung des Füll-Mundes wieder das Abſpielen des angrängenden Waſſers, anführen; has vero operas non pertinere zu denen Baufuhren iudicarunt *iidem M. Iul.* 1709. conf. MENCKEN. *in Theor. & Pr. Pand. Tit. de Oper. libert.* §. 4. *in fin. p.* 1043. vbi ſimilia praeiudicia.

§. VIII.

Iuxta *Ord. Pol. de A.* 1661. domino iurisdictionali ius protimiſeos in operis manualibus ſubditorum competit, CARPZ. *L. I. Reſp.* 58. an vero idem etiam ad operas equeſtres extendendum, et hic quoque dominus praeferendus ſit? aliquando diſceptatur; quoniam vero dicta Ordinatio conceptis verbis, de operis manualibus tantum loquitur, inſuperque libertati naturali contraria, ac proinde potius reſtringenda quam extendenda, per *d. c.* 15. *de R. I. in* 6. negatiua placuit ſententia *Dnn. Scabinis Lipſ. M. Sept.* 1677. niſi neceſſitas aliud ſuadeat. Sic negatiua eo etiam obtinuit caſu, *ſi non ad eundem, ſed alium*, forte duriorem *vel* periculoſiorem laborem, *operis illorum vti velit Dominus, e. c.* Wenn *ſubditi* ſich zum Dreſchen oder Kornſchneiden gebrauchen zu laſſen geſonnen, der Gerichts-Herr aber ſie Holtz zu fällen ꝛc. *adhibiren* will, vti reſponſum *ab iisdem* verſus Breiten-Feld. *M. Martio* 1697.

§. IX.

Quo iure vero operae a ſubditis, cuiuscunque ſint generis, (*varie enim diuiduntur*) exigi queant, valde diſſentiunt inter ſe Doctores. Quidam enim eas *ex communis ſubiectionis iure* deducunt; Alii ex libertatis, quae per manumiſſionem contigit, remuneratione: Multi ex longaeua conſuetudine; Haud pauci ob perceptae protectionis indicium, tanquam a ſubditis, von Unterthanen, MATTH. STEPHAN. *de iurisd. L. II. p.* 1. *c.* 2. *memb.* 2. *n.* 192. et HVSAN. *in Tr. de ſeru. quaeſt.* 4. *pr. membr.* 1. *n.* 89. putant ruſticos ratione & contemplatione fundorum ſuorum, quos in vim beneficii a ſuis Nobilibus recognoſcunt, operas praeſtare debere, MOLLERVS, *Lib. II ſemeſtr. c.* 32. *n.* 1. et KNICHEN. *de pact. veſtitur. part.* 2. *c.* 3. *n.* 30. ex conceſſione Principis vna cum ſeruitiis inveſtientis, operas haſce praeſtandas eſſe, adſerunt, alii aliter ſentiunt. *conf.* MAVL. *de Homag. tit.* 4 *n.* 2. *ſeqq.* HAHN. *ad* WESENB. *Tit. de oper. libert. n. IV.* GOEBEL, *c. l.* §. 9. *p.* 103. *ſeqq.*

§. X.

An vero operae quibus de diximus etiam praeſcriptione contra

tra ſubditum acquiri poſſint, paucis adhuc videndum. Pro negatiua communiter praeſumtionem libertatis naturalis vel quaſi, adducunt, item, quod contra legem publicam nulla praeſcriptio valide opponi poſſit, & conſequenter, qui vti hac velit, in mala eſſet fide, vt propterea praeſcriptione hoc caſu nemo ſe tueri valeat; fortiores vero videntur rationes, quibus adfirmatiua defenditur, 1) enim apud omnes in confeſſo eſt, quod praeſcriptio legitimus modus acquirendi dominii vel iuris alicuius dicatur. *v. l.* 20. *C. de pact.* 2) Vti verum eſt, per pacta, ſic etiam verum eſt, per praeſcriptionem operarum praeſtationem acquiri poſſe, v. ERHARD. *de oper. ruſtic. concl.* 10. 3) nemo dubitabit dominum *vel* ius alteri quaeſitum praeſcriptione poſſe auferri, *v. l.* 3. *et* 4. *C. de praeſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* 4) omnes ſeruitutes, tam reales quam perſonales, longo tempore, i. e. iure communi 10. annis, inter praeſentes, *v. l.* 28. *de V. S. l. vlt. inf. de praeſcript. long temp.* apud Saxones autem 31. annis, 6. ſeptimanis et 3. diebus, v. Land-R. *Lib.* 1. *a.* 21. praeſcribuntur; quae iurium diſpoſitio de operis ruſticorum eo magis accipienda, quod hic ſemper, in operis praeſtandis, proprium eorum factum concurrat, *v. de* WERNHER *P. X. obſ.* 492. *p.* 891 ibique praeiudicium. Et hunc in modum pronunciarunt etiam *Dnn. Scabini Lipſienſes, M. Ian.* 1694. quale reſponſum, quia dicta, de operarum acquiſitione per praeſcriptionem ſatis illuſtrat, hic adponam:

Haben dieſelbe den Amt-Schöſſer zu B. Elias L. deßhalben in dem Chur-und Fürſtl. Sächß. Ober-Hof-Gerichte belanget, daß er ihre Unterthanen, welche ihnen mit Erb-und zum Theil Ober-Gerichten zugethan, zu Leiſtung der ſogenannten Amts-Fuhren, gleich denen unmittelbahren Amts-Unterthanen, ohne Requiſition ihrer Gerichts-Herrſchafft, denen Erörterungen derer Landes-Gebrechen, *d. A.* 1603. §. wenn auch der Graffen ꝛc. ſo wohl denen neuen Erledigungen, inſonderheit von Cammer-Sachen, §. 22. *ſeqq.* zuwider, erfordert, und darzu nicht nur durch unmittelbahre Auflagen, ſondern auch, da ſonſt derer von Adel und anderer Gerichts-Herren Unterthanen, wenn die unmittelbahre Amts-Unterthanen 2. Fuhren verrichtet, nur die dritte zu leiſten verbunden, dennoch dieſelbe ohn Unterſcheid, ſo offt als jene, dazu ſind angehalten. Nachdem nun der Amtſchöſſer, daß es dergeſtalt über 30. Jahre, Jahr und Tag gehalten worden, und er alſo *in praeſcript poſſeſſione vel quaſi* begriffen, vorſchützet; So wollen ſie anietzo, ob die angezogene *praeſcription* disfalls ſtatt habe, oder doch wenigſtens eine Verjährung von 40. Jahren beygebracht werden müſſe, ingleichen ob

nicht

nicht ſolche dadurch, daß auf denen Land-Tägen, Sie *proteſtando et contradicendo* wider des Amtſchöſſers Unternehmen ſich beſchweret, interrumpiret worden, berichtet ſeyn? Ob nun wohl angeführet werden möchte, daß *contra legem publicam* keine *praeſcription* mit Beſtande angezogen werden könne, in Betrachtung, daß dergleichen *ſanctiones* einem ieden bekannt ſeyn, alſo derjenige, ſo darwider etwas erinnert, in mala fide begriffen, folglich keine richtige poſſeſſion vor ſich hat, ohne dieſe hingegen keine *praeſcriptio* beſtehet, welches im gegenwärtigen Falle um ſo viel mehr ſtatt zu finden ſcheinet, weil dasjenige, was desfalls in denen Erörterungen derer Landes-Gebrechen, *de A.* 1693. verordnet, in denen neuen Erledigungen *de A.* 1613. wiederhohlet, alſo dieſes Lands-Geſetze ohngefähr um die Zeit, da der Schöſſer ſeine praeſcription anheben will, promulgiret worden, hiernechſt denen Anſpännern *Vniuerſitatum iura* zu kommen, es das Anſehen gewinnet, wider dieſe hingegen *poſſeſſio* 40. *annorum* beygebracht werden muß; Im übrigen durch die auf denen Land-Tägen beſchehene *proteſtation*, des Schöſſers Unternehmen dem Landes-Fürſten kund gemacht worden, der Schöſſer aber das Amt in des Landes Fürſten Nahmen verwaltet, und was er dem Amte *acquiriret*, dieſem zuwächſet, alſo, daß die gegen den Landes-Herrn gebrauchte *proteſtation* zu Unterbrechung der geruhigen *Poſſeß* zulänglich ſey, vorgeſchützet werden möchte; Dennoch aber und dieweil was angezogener maſſen in denen Erledigungen derer Landes-Gebrechen verordnet, eigentlich nicht dem gemeinen Weſen zum beſten, ſondern vornehmlich zu derer Gerichts-Herrſchafften und unmittelbahrer Unterthanen, als Privat-Perſonen, Vortheil geſchehen, folglich ihnen ſolch ihr gegebenes Befugniß ſelbſt fleißig zu beobachten obgelegen, und wenn ſie hierunter nachläßig, ſich ſelbſt den daraus entſtehenden Schaden beyzumeſſen haben, und da ſie etwas wider ihre offenbahre Berechtigung geſchehen laſſen, daß ſie ihres Rechts ſich nicht gebrauchen wollen, Vermuthung erwächſet; Bey ſolchen Umſtänden auch, daß ein ſolch *factum directe* denen Landes-Geſetzen zuwider vorgenommen werde, nicht ſo fort zu behaupten; Zumahlen in angezogenen Erledigungen, durch das Herkommen und Vergleichungen ein anders zu beobachten verſtattet, wo aber durch dergleichen ein anders, als *publice* verordnet, einzuführen nachgelaſſen, auch die *Actus poſſeſſorii* und folglich die *praeſcriptio* nicht ausgeſchloſſen; keinesweges hingegen aus ſolchen actibus, ohne andere beſchwerliche Umſtände *mala fides* zu erhärten; hiernechſt die Anſpänner *pro corpore* oder *Vniuerſitate* nicht zu achten, alſo auch denenſelben deren iura nicht beyzulegen; Im übrigen die bloſſe *proteſtation* oder *Contradiction*, wenn der andere deſſen ungeachtet in ſei-

ner

ner *Poſſeſs* und deren *Exercitio* fortfähret, keine *interruptionem praeſcriptionis* würcket. So möchte der Amtſchöſſer mit der *praeſcription*, wenn er eine geruhige *Poſſeſs vel quaſi* über 30. Jahr, Jahr und Tag beybringet, wider dieſelbe ſich wohl ſchützen, ſolche auch durch die beſchehene *proteſtation* auf denen Land-Tägen *pro interrupta* nicht gehalten werden.

# COROLLARIA.

## I.

Nobilis, qui duos pluresue pagos poſſidet, de quibus ſingulis cum iurisdictione ſeparatim eſt inueſtitus, ſubditos alterius pagi ad operas vecturarum, etc. cogere nequit, ſi in vno arcem extruere velit. *v. Ord. Prou. d. a.* 1555. *tit.* von Bauſuhren, verſ. Demnach ꝛc.

## II.

Si ruſtici ſimpliciter obligati ſint vt *vel* operas *vel* loco harum certam praeſtent pecuniam, non Domino iurisdictionis, ſed ruſticis competit electio.

## III.

Ruſticitati hominis quidem parcendum, *v. l.* 2. §. 1. *ſi quis in ius vocat.* An vero ob ſolam ruſticitatem, ſi v. g. fatale neglexerit, quis in integrum reſtitui poſſit, praeprimis vbi iurisperitos conſulere potuit? negamus cum *ill.* WERNHERO *P. I. O.* 52. *p.* 68.

## IV.

Si ſubditi a Dominis iurisdictionis plus iuſto onerentur, et forſan nimis meticuloſi de ſaeuitia Dominorum non conquerantur, Magiſtratus ſuperior illis, etiamſi non ſit imploratus, ex officio ſubuenit. *v.* CARPZ. *P. I. Reſp.* 53. *n.* 7. *ſeq.* SIXTIN. *de Regal. Lib. II. c.* 13. *n.* 54.

## V.

Si Dominus ſubditorum ſeruitiis opus non habeat, quaeritur: *an illa in pecuniariam praeſtationem commutare poſſit?* Reſp. Si ſubditi conſentiant, res ſcrupulo caret; Sin minus, Domino hoc non licet, niſi neceſſitas vel circumſtantiae aliud ſuadeant. *v.* SIXTIN. *de Regal. c. l. n.* 75. *ſeq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0017-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0018-0

Leipzig, Diss., 1735 A–Q

ULB Halle 3
004 758 757

Sb.

f

V018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0019-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0020-0

# MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
## IN ACADEMIA LIPSIENSI
## CONSENSV
# DISSERTATIONEM
# DE OPERIS RVSTICORVM
# EARVMQVE PER PRAESCRIPTIONEM ACQVISITIONE

PRAESIDE


DN. ABRAHAMO KAESTNERO,
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO


IN
*AVDITORIO ICTORVM PETRINO*
DEFENDET


Johann Elias Geißler/
GORLIC. LVSAT.


AB HORA X. VSQVE XII.

Die XIV. Decembr. Anno cIɔ Iɔcc xxxv.


*LIPSIAE,*
LITERIS GABRIELIS TROGII.



15c
1735,10.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-721921-p0021-6